



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 13322648

§. 72. Ejusdem summi Pontificis epistola ad Franciæ Regem hac in causa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

Sæc. XVII. „brachii sæcularis auxilio, omnino
 A. C. 1705. „coerceant, & compellant.,,

§. LXXII.

Clementis XI. Papæ epistola ad Franciæ Regem hac in causa.

*Dupin l. c.
 pag. 394.
 Epist. &
 Breve Cle-
 mens XI.
 pag. 262.*

Cum igitur Pontifex in hac constituto-
 tione disertis verbis declaravit,
 quod sensum Jansenii in ejus libro, quem
 hæreticum non modo exterius sed &
 interius damnare oporteret, & obse-
 quiosum silentium non sufficeret, sat mi-
 rari non possumus, quod nihilominus
 celebris quidam Scriptor hæc asserere
 præsumpsit: „omnium expecta-
 „tio eo abiit, ut Pontifex circa so-
 „lam quæstionem facti agitatam, & in
 „casu conscientiæ propositam diserte
 „pronuntiaret, scilicet, an quis inte-
 „rius credere obstringatur factum Jan-
 „senii vel non: ipse vero id studiose de-
 „clinavit, conjungens jus cum facto,
 „declarando, quod obedientiæ Consti-
 „tutionibus debitæ non satisfiat per
 „obsequiosum silentium, quod tamen
 „circa propositiones sufficere, nullus
 „affirmavit, quæstio unice vertitur, an
 „quinque propositionum libri Janseniani
 „sensus sit hæreticus: quod Papa non
 „definit, contentus, ut eas damnet
 „in sensu obvio, quem Jansenii sensum
 appel-

„appellat, quin id credere, nos ob- Sæc. XVII.
 „strictos esse, definiat. „ Hucusque A. C. 1705.
 hic Scriptor, quicumque Clementinæ
 Constitutionis verba vel fugitivo oculo
 percurrerit, manifeste deprehendet,
 quod *hic telas Araneæ texuerit*, quibus
 suam pervicaciam contegere, & im-
 belles animas capere molitur.

Ceterum Pontifex hanc suam Con-
 stitutionem ad Ludovicum Franciæ
 Regem transmisit die decima septima
 Julii has subjungens literas: „Eximio
 „tuendæ Catholicæ Religionis Zelo,
 „quo Majestas tua Regalis cæteras animi
 „tui dotes illustrat, gratum sane fore
 „duximus, ac perjucundum, quod ex-
 „tirpandis prorsus Janseniani erroris
 „reliquiis Apostolicam Constitutionem
 „matura, ut plane rei gravitas postu-
 „lat, deliberatione præhabita, nuper
 „ediderimus. Nam proinde ad Maje-
 „statem tuam statim mittere non æ-
 „quum modo, sed & quodammodo
 „debitum existimavimus, compluribus
 „Venerabilis Fratris Philippi Antonii
 „Archiepiscopi, Episcopi Immolensis
 „Nuntii nostri literis, & frequentibus
 „dilecti Filii Tuffani S. R. E. Cardinalis
 „de Janson nuncupati, qui Majestatis
 „tuæ negotiis hic præest, sermonibus
 „abunde intellexerimus, quam ardenti
 „jam pridem Majestas tua desiderio
 „flagra-

Sæc. XVII. „flagraret, ut sublatis penitus inquieto-
 A. C. 1705 „torum hominum Catholicæ veritati
 „caliginem affudentium effugiis, ortho-
 „doxæ fidei sinceritati, & omnimodæ
 „tranquillitati hac in re confuleretur.
 „Quod nonnisi B. Petri Cathedræ, in
 „qua immeriti residemus, iudicio, more
 „majorum præstari satis posse, cogno-
 „veras. Id vero, cum opportune, &
 „salubriter, ut confidimus, Deo fa-
 „vente, actum sit, minime dubitamus,
 „quin Majestas tua Venerabilibus Fra-
 „tribus Regni tui Episcopis, quorum
 „cæteroquin Nobis perspecta pietas, &
 „hac in re studium, & vigilantia est
 „pro integra ejusdem nostræ Constitu-
 „tionis observantia, favorem omnem,
 „& patrocinium sit adhibitura. Probe
 „enim pro concessa tibi divinitus sin-
 „gulari sapientia nosti, Catholicæ im-
 „primis fidei puritate constabiliri regna,
 „tum vero demum res ipsius fidei in-
 „tuto esse, cum sollicitudinem, qua
 „Sacerdotalis oculus regalis brachii
 „fulsit autoritas, ac Majestati tuæ
 „Apostolicam Benedictionem &c.,”